Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26351
Copyright: Admont, Benediktinerstift

49

hanc vocem ipse audiat a liberis suis. Statimque des-
cendens ad uxores pellices ac filias suas venenum
omnibus dedit. Id cum ipse novissimus hausisset.
nec tamen propter remedia quibus se premunierat vene-
no efici posset, gallum quendam militem invita-
vit. eique iugulum prebuit. Hunc finem habuit mi-
tridates. Periit autem apud bosforum vir ingen-
tis industrie consiliique. regnavit annis .lx.
vixit .lxxii. contra romanos bellum habuit annis
.xl. Tigrani deinde pompeius bellum intulit.
ille se ei dedidit et in castra pompei .xvi.mo mi-
liario ab artaxata venit. ac diadema suum
cum procubuisset ad genua pompei in manibus
ipsius collocavit. Quod ei pompeius reposuit.
honorificeque eum habitum regni tamen parte mul-
tavit et grandi pecunia. adempta est ei syria.
fenice sofene. Sex milia preterea talentorum ar-
genti. que populo romano daret. quia bellum sine
causa romanis commovisset. Pompeius mox etiam
albanis bellum intulit. et eorum regem horode horo-
dem ter vicit. postremo per epistulas ac munera ro-
gatus veniam ei ac pacem dedit. Hiberie quoque regem